

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vocabularius

Nestor, Dionysius

[Venedig], 26. Juni 1488

E

[urn:nbn:de:bsz:31-299724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299724)

Vgutio bolos capiens corpus scilicet peccatoris & animam / ut cum Catholico ridi-
culus somniauit Vgutio. Sed a δ-ιαβαλλω / quod est criminor descendit. Vn-
de & criminator dicitur.

Gellius Dissentio cum duplicato / & dissentior deponēs i usu ē. Gellius li. x. noctiū atti-
carū. Cumq; dissentirētur / & pars tertio / alii tertiū scribendū contenderent. Dissentio
Dissentior

Horatius Diluuium cum unico / & diluuiēs / in uno significato accipi possunt. Horatius
libro tertio carminum. Diluuium
Diluuiēs

Lucretius Quom fēra diluuiēs inquietos irritat amnes. Inde uenit Diluuiū uerbum. Lu-
cretius libro quinto. Diluuiū

Tantum suppeditant amnes / ultraq; minantur
Omnia diluuiare / exalto gurgite ponti.

Priscianus Defraudo / & de frudo / dici potest / auctore Prisciano libro secundo. Defraudo

Priscianus Duo duæ duo facit in accusatiuo / masculino quidem genere / duos / & duō / fœ
minino duas / neutro duo / testibus Prisciano / & Phoca. Virgilius libro ænei
Duo

Phocas dos nono. Si duo præterea tales Idæa tulisset

Virgilius Terra uiros. Horatius sermone septimo. duo si discordia uexat inertes.

Horatius Deleo deles uerbum / facit in præterito deleui / & deliui / in supino deletum / & de-
litum / teste Diomede / Varronem inducente dicentem. Pecorina delitæ litte-
ræ. Qui & Caluū refert in p̄ma ep̄la ad uxorē scripsisse / i uia delitæ / p̄ deleta.

Diomedes Deleo

Varro Diota cum i latino / & t exili scribitur. Genus est uasis uinariū / duas teste Acrone
ansas habentis. Horatius in primo carminum. Diota
Diata

Horatius O Thaliarche merum Diota / Diota cum i latino / & æ diphthongo in me-
dia syllaba / & t exili / lex uictus dicitur. Diata itē / locus quidam domi uocatur
ubi tantum uersamur / nullo negotio / aut usu. Et δ-ιαταω / quod uersari si-
gnificat / deriuatur

Probus Bur cum u / teste Probo / efferi debet / dicente Virgilio. Ebur

Virgilius India mittit ebur. At uero Phocas / ebor per o / enuntiari præci
pir. Et utrunq; dici potest. Nam & æquor cū u / teste eodē Pro-
bo scribitur / & cum o æquor effertur / ut in ipsa dictiōe uidimus. Ebor
Ebores

Phocas Ab ebore fit adiectiū eboreus / eburneus / eburnus. Vlpianus
de legatis tertio. Eboreā bibliotecā emit. Quintiliāus li. vi. Cū Ebor
Eburnus

Quintiliāus de legatis tertio. Eboreā bibliotecā emit. Quintiliāus li. vi. Cū Ebor
Eburnus

Virgilius i triūpho Cæsaris / eborea opida essent trāsata. Hieronymus in canticis capi-
tulo. xii. Collum tuū sicut turris eburnea. Ouidius libro metamorpho. iii.
Eburna
Eburum

Virgilius Impubesq; genas / & eburnea colla / decusq;. Virgilius georgicorum tertio.
Hipodameq; / humeroq; Pelops insignis eburno. Lucanus libro secundo.
Eburna

Lucanus Legitimæq; faces / gradibusq; accliuis eburnis. Horatius sermone. xvi.
Eburna

Horatius Tincta super lectos cāderet uestis eburnis. Iuuenalis satyra. x.
Eburna

Iuuenalis Da nunc & uolucrem / septro quæ surgit eburno. Propertius.
Eburna

Propertius Siue lyræ carmen digitis percussit eburnis. Tibullus.
Eburna

Tibullus Hanc primū ueniens plectro modulatus eburno. Ebor / nomen est duarum
urbū in Hispania teste Ptolemæo / quarū una Turdubiorū est / alia Edetano-
rum. Ebor / urbs est Lusitanorū mediterranea / teste eodem Ptolemæo. Ebur
Eburnum

Ptolemæus rum urbs est Germaniæ / ut idem Ptolemæus in cosmographia ostendit.
Eburnum

Echeneis huius echeneidis / uel echeneidos / cū ch aspirato / sequente e / scribitur. Echeneis
Genus est pisciculi. Nec ab hæreo hæres descendit / ut Isidorus tradidit / & cū
Catholico Vgutio sōniauit. Sed ex ἐχω teneo / & πῆα Nauium / cōponitur. Nā
Echinus
Echinada
Echina
Echidna

Plinius teste Plinio / ruant uenti licet / sæuiant procellæ / sperat furor / itatq; uires cō
pescit / & cogit stare nauigia. Quā etiā ob causam / amatoris quoq; ueneficiis
infamis est / & iudiciorum ac litium nōnunq; mora. Vnde quod græce eche-
neis / latine a nonnullis remora appellatur. Hæc Plinius. Et producit echene-
is penultimam in recto syllabam. Nam apud Græcos cum η in penultima syl-
laba scribitur / quæ semper apud illos producta est. Vnde Opiāus li. p̄mo ait.
θαῦμα δ-ῶλις Τηρῆσ̄ εχημίδ-ος ἐφρασσεν το. Quod etiam obseruauit Lu-
canus / quom dixit. In mediis echeneis aquis. Vbi nonnulli legunt echinus. Ve-

- rum cum echinus cum ch aspirato & i latino primam (ut statim patebit) corripit syllabam / Lucani metro conuenire nequaquam potest. Quem tamen pro echeneide / Isidorus Papias Vgutio Catholicon / ac etiam Augustinus de ciuitate dei posuere. Sed falsi sunt. Nam echinus / alius quidam est pisciculus ex cærorum genere / spinas habes: quibus pro pedibus utitur: de quo Martialis. Cortice deposito mollis echinus erit. Iuuenalis satyra quarta. Et semel aspectu litus dicebat echini. Horatius sermone. xiiii. Ostrea Circæis / Misseno oriuntur Echini. Est etiam Echinus eadem litteratura / uilla Cyrenicæ prouinciæ in Aphrica: & eodem nomine urbs Macedonia: teste Ptolemæo: necnon & genus uasis ænei: in quo calices lauantur / teste Acron: quam alii (ut ait) ampulam dicunt esse uitream: de quo Horatius sermone sexto. Pocula cum cyato duo sustinet: astat echinus. Echinas huius echinadis uel e. hinados / eadem scriptura scribitur. Sunt autem echinades / infula: i Maliaco mari: teste Herodoto libro historiæ secundo: de quibus Lucanus meminit / dicens. crassis oblimat echinadas undis. Vgutio dicit posse declinari hæc echinada. Quod si coperitur / ab accusatiuo græco ἐχίνα & formetur necesse est. Sed & hæc echina huius echinæ declinari potest / dicente Seneca in Troade. Quolibet uento faciles Echinae. Echidna cum ch aspirato & i latino / sequente dn / uipera dicitur. Vnde de ea / quam Hercules interfecit / inquit Ouidius libro. v. fastorum. Sanguine centauri Lernææ sanguis Echidnæ Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat. Extasis cum et exilibus scribitur: & dici potest pductio. Est enim figura / qua syllaba naturaliter correpta producit: quæ a nonnullis extasis dicitur. Extasis item / mentis excessus uocatur. Egeo eges uerbum tam genitiuo / quam ablatiui iungi potest. Egeo Edo Priscianus Edo es est / græcū est uerbu: quod ap antiquos / teste Prisciano / edo edis edit declinari solebat: ut etiam ab hoc compositum / comedo comedis comedit. Vnde etiam Næuius in carbonaria ait: ille ipsi astat / quando edit. Et format edo duplex supinum / esum scilicet / & estum / teste Prisciano. Elegia cum unico l & i latino scribitur: & dici potest miseria. Et producit apud poetas penultimam syllabam. Statius libro siluarum primo. Elegia Quas inter / multum petulans elegia propinquat. Martialis. Derineat cultis aut elegia comis. Antonius Panormita in epistola ad Lamolam. Induit aduirsus uultus elegia dearum. Nonnunquam pentasyllaba dictio elegia effertur: & tunc penultima syllaba corripitur. Ouidius de remedio. Blanda pharetratos elegeia nutrit amores. Idem li. tertio de sine titulo. Venit odoratos elegeia nexa capillos. Idem in epitaphio Tibulli. Flebilis indignos elegeia solue Capollos. Quod domitius super epistolam Sapphus / nom percipit. Nam cum apud poetas (ut domitius) penultimam syllabam elegia / dictio scilicet tetrasyllaba / producta habeat / i eadem Sapphus epistola / emē dare (ut etiam alibi solet) elegia censor debuit: non aprobare / ut elegia legere tur. Quod si apud Ouidium tetrasyllaba dictio (ut idem legendum affirmat) elegia enuntietur / primam / & secundam syllabam produci / necnon & penultimam corripit / necesse est contra omnium aliorum poetarum auctoritatem: imo etiam contra seipsum. Vnde & alibi idem Ouidius inquit. Tantum se nobis elegi debere fatentur. Et Tibullus ait. Nec profunt elegi: nec carminis auctor Apollo. Boetius. Et ueris elegi fletibus ora rigant. Iuuenalis. Impune ego mihi recitauerit ille togatas: Hic elegos. Hoc pari errore ductus etiam est tortellius in dictione elegia. Sūt qui ab elegia diminutiue elegidion formari uolunt. Persius. Nō si qua elegidia crudi Dictarunt proceres. Equus cum primam corripit syllabam / asque & diphthogo scribitur: & habet scc Equus

| | | |
|------------|---|---|
| Probus | mininum equa: quorum diminutiva sunt equuleus & equula / testibus Probo / Marcello / Prisciano. Vnde Tullius ait in Hortensio. Sed cybum etiam saepe subtrahunt: ut debilitetur equuleorum nimis effrenata uis: Varro in lege Menia. Nemo est tam negligens / quin summa diligentia eligat asinum / qui suam saliat equulā. Equuleus item / tormenti est genus. Eques communis generis est: quin & apud uulgos pro foemina equite / equitissa usurpatur. Eques item pro equo ponitur / testibus Marcello & Seruio / dicente Virgilio georgicoz. iii. atq; equitem docuere sub armis Insultare solo. Inde fit equito equitas uerbum / tam ad equum q̄ ad insidentem pertinens / teste in saturnalibus Macrobio. Vnde & Lucilius de equo ait. Nempe hūc currere equum nos atq; equitare uidemus. Equiso equitem uel equorum magistrum / designare habet. Varro in eumenidibus. Neq; furentem equuleum damacrinum insanus equiso eximendis morbi fluctibus educet unq̄. Et (ut scribit Nonius) non tantum equorum magistrum / sed etiam omnium rerum / quarum ei regimen cōceditur / equiso designet. Quod & Varronis auctoritate cōprobat in Marciatore sic dicentis. Hic in ambiuo nauem cōsendimus plaufrem: quam nauitici equisones per uiam conducent loco. | Equa Equuleus Equula Eques Equito Equitissa Equiso |
| Varro | Equester masculini / equestre foemini / equestri neutri generis: & hic & hæc equestris & equestre / declinari potest. Vgutio declinat et hic & hæc equester. | Equester |
| Vgutio | Euentus huius euentus / & hoc euentum / declinari potest. Virgilius libro sexto aeneidos. caeco sq; uolutat | Euentus Euentum |
| Cicero | Euentus animo secum. Cicero ad Atticum. Semper enim causæ euentorum magis mouent q̄ ipsa euenta. | |
| Nonius | Exercitus huius exercitus / uel antiquorum more huius exercitus uel exerciti / teste Nonio / format genitiuum. Varro libro de uita patrum secundo. Quot quot imperator propter exercitus salutem / fœdis manibus deuouit. Accius. Considera & quo reuoces summam exerciti. | Exercitus |
| Varro | Erratus huius erratus / & hoc erratum / in recto / declinari potest. | Erratus Erratum |
| Accius | Euphrates cum t exili scribitur: & facit in genitiuo Euphratis & Euphratæ. Vgutio dicit posse declinari / Euphrate huius Euphrates. Et producit mediam syllabam. Boetius. | Euphrates Euphrate |
| Vgutio | Tigris & Euphrates / uno se fonte resoluunt. Lucanus libro secundo. Euphratem / Nilumq; moue. fluuius est: qui posteaq̄ longam egit uia / & Babylonem in duas partes diuisit: in mare Rubrum tandem descendit. | |
| Lucanus | Externus externa externum / & exter externa exterum / in uno significato accipi possunt. Statius libro thæbaidos. xi. Sed quid apud tales qui nec sua pignora curæ Exter honos? Extra præpositio format superlatiuum extremus & extimus / teste Prisciano. Plautus in rudente. Factus sum quasi extimus a uobis. Extrarius q; extra focum / sacramentum / iusq; sit / teste Festo dicitur: uel (ut scribit Marcellus) extrarius alienum significat. Aphranius in suspecta. Ut me esse in hac re ducat abs te extrarium. Extraneus / is appellatur / qui ex altera terra est: quin etiam exterraneus dicitur / ut auctor est Pompeius. | Externus Exter Extremus Extimus Extrarius Extraneus Exterraneus |
| Stadius | Ethlipis enim c exili / & th aspirato / & i latino utrobique scribitur: & dici potest expressio. Est. n. cæsura / qua m cum Vocali eliditur: ut est apud Virgilium. Monstrum horrendum ingens. Hæc a nonnullis ellipsis cum duplicato lab aliis ellepsis dicitur. | Externus Exter Extremus Extimus Extrarius Extraneus Exterraneus |
| Priscianus | Emporium locus est mercatus & nuſidinationis & latine dici potest Emporium. Est & eodē noie urbs in Italia / alias Firmū / nominatum / teste Strabone. Emporiae pluralis tantum numeri / Duo sunt opida / dicitur Liuius. Emporiae duo opida erāt muro diuisa. Vnum Græci habebant a Phocæa: alterum Hispani de Phocæicis meminit Syllius libro tertio quom ait. Phocæicæ dat Emporiae: dat Tarraco pubem. Empyrum cum y græco: dici potest ignitum / sicut dipyrum / bis ignitum. Martialis. | Ethlipis Ellipsis Ellepsis |
| Plautus | Emporium locus est mercatus & nuſidinationis & latine dici potest Emporium. Est & eodē noie urbs in Italia / alias Firmū / nominatum / teste Strabone. Emporiae pluralis tantum numeri / Duo sunt opida / dicitur Liuius. Emporiae duo opida erāt muro diuisa. Vnum Græci habebant a Phocæa: alterum Hispani de Phocæicis meminit Syllius libro tertio quom ait. Phocæicæ dat Emporiae: dat Tarraco pubem. Empyrum cum y græco: dici potest ignitum / sicut dipyrum / bis ignitum. Martialis. | Emporium Emporium Emporiae Empyrum Elephas |
| Festus | Quid tibi uis Dipyrum qui phactonta facis? | |
| Marcellus | | |
| Aphranius | | |
| Pompeius | | |
| Virgilius | | |
| Strabo | | |
| Liuius | | |
| Syllius | | |
| Martialis | | |

- Elephas cum unico l'cōis generis est. Et a gehituo græco Ἐλεφάντης nostri est Elephantus
- Iuuenalis hic elephantus in recto dixerunt. Iuuenalis.
- Hieronymus Quatinus hic non sunt & uanales elephantum. Hieronymus in libro primo Maccabæorum capitulo primo. Et intrauit in Aegyptum in multitudine graui in curribus & elephantis & equitibus & copiosa nauium multitudine. Et non nunquam pro ebore hoc est pro ipsius elephantum dente ponit. Virgilius in georgicis. In foribus pugna ex auro solidoque elephantum. Elephas item mons est circa Nilum fluuium ut in cosmographia Ptolemæus ostendit.
- Ptolemæus Nilum fluuium ut in cosmographia Ptolemæus ostendit.
- Seruius Eleusis cum unico l' & eleusin in recto declinari potest teste Seruio super pri- Eleusis
Stadius mum georgicorum. Stadius libro thæbaidos. xii. Elusin
Hos Salamis populos illos cerealis Eleusin. urbs est in Thera Atticæ insula Eleusina
Ptolemæus teste Ptolemæo: a qua insula ipsa tota Eleusina cognominata est.
- Iuuenalis Enthymema huius enthymematis & hoc enthymematum in recto declinari Enthymæ
potest & cum th aspirato & y græco scribitur. Iuuenalis satyra. vi. Enthymematum
Torqueat enthymema: nec historias sciat oēs. Genus est argumenti ex uno
Quintiliāus. assumpto cōcludēs. Quintiliāus dicit enthymema esse oē quod mente cōcipimus. Epectasis
Lucrētius Epectasis cum et exilibus scribitur: & dici potest porrectio. Est. n. figura qua in me- Epectasis
Iuuenalis dio dictionis littera uel syllaba interponitur: ut est apud Lucretium libro. i. Epenthesis
Inter se nexus minus aut magis indupedita pro impedita. Iuuenalis.
Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus
Virgilius Induperatorem pro imperatorem. Epenthesis cum th aspirato dici potest in-
terpositio. Et est figura epectasi ipsi similis: ut est apud Virgilium.
nondum Porfenna iubebat. Vbi teste Seruio n unum metri gratia interpo-
situm est. Nam apud alios poetas Porfenna mediam corripit syllabam. Vnde
Syllius Syllius libro octauo ait.
Martialis Cernitur effugiens ardentem Porfenna dextram. Martialis.
Hanc spectare manum Porfenna non potuit.
- Lucanus Epirus cum in latino scribitur: & mediam producit syllabam. Lucanus libro. ii. Epirus
Primus in epiru boreas agat. Regio est in Europa. Ephyris cum y græco in Ephyris
Herodotus media syllaba & cum in latino in ultima urbs fuit Laconia teste Herodoto. Ephyre
Ephyra huius Ephyre cum y græco & Ephyre huius Ephyres declinari po-
test. urbs est in Achaia: quæ nunc Corinthus uocatur. testibus Lactantio gra-
matico & Plinio libro quarto naturalis historiae. Et tam Ephyris que Ephy-
Papinius rephy syllabam corripit. Papinius libro thæbaidos quarto.
Lucanus It comes Inoas Ephyre solata querelas. Lucanus libro. vi.
Ouidius Aut Pelopis latis Ephyren abrumperet regis. Ouidius heroidum.
Hic Ephyrem bimarem Scythiam tenet ille niuosam. Fuit etiam Ephyre ea-
dem litteratura oceani & Thetios filia: cuius meminit Virgilius georgico-
rum quarto quom ait.
Atque phyre atque Opis ac Asia Deiopeia.
- Ephebus absque æ diphthongo scribitur. Neque enim ex e & phœbus componitur Ephebus
ut cum Catholico sonauit Vgutio: sed potius ex epi & hebe pubertas: ubi pro- Ephebia
abiecta in littera in ph conuertitur: ut libro secundo in dictione cathedra ple-
ne docuimus. & dici potest ephebus pubes. Et producit mediam syllabam.
- Iuuenalis Iuuenalis satyra secunda.
- Horatius Armenius Zelotes cunctis narratur ephebis. Horatius in epistolis.
Quo pacto partes tuteur amantis ephebi. ide uenit hæc ephebia: quæ (ut di-
cit Donatus super Andriam Terentii) prima ætas est adolescentiæ. Alexan-
der autem Neque uult ephebiam locum esse ubi ephebi prostituuntur. Ait enim.
Donatus Quo prostant pueri locus est ephebia dictus. Claudicat tamen hic uersus in
Alexander primo prostant pueri locus est ephebia dictus. Claudicat tamen hic uersus in
Hieronymus prima huius dictionis syllaba. Cuius nihilominus interpretationi consentire
uidetur Hieronymus in secundo libro Maccabæorum capitulo quarto sic in-
quiens. Super hoc promittebat & alia talenta centum quinquaginta si po-
testati eius concederetur gymnasium & ephebiam sibi constituere. Et subdit
Et enim ausus est sub ipsa arce gymnasiū constituere: & optimos quosque ephe-

borum/in lupanaribus ponere.

| | | |
|--------------|---|-------------|
| Hesiodus | Erate huius erates cum t exili scribitur. Nympha fuit Oceani & Tethyos filia/ | Erate |
| Prolemæus | teste Hesiodo in theogonia. Erata cū æ diphthongo in ultima syllaba (plura | Eratae |
| | li enim tantum numero declinatur) urbs est Corytanorum/ teste Ptolemæo. | Erato |
| Virgilius | Erato etiam cum t exili/ una fuit musarum: quam tamen Arcades uatem fuis | |
| | se dicunt: non musam. Huius meminit Virgilius libro aeneidos septimo. | |
| | Nunc age qui reges Erato/ quæ tempora rerum/ | |
| | Quis Latio antiquo fuerit status. | |
| | Epitome huius epitomes cū i latino/ & t exili scribitur: & dici pōt breuiariū. | Epitome |
| | Et corripit penultimam syllabā. Epithema huius epithematis cum i latino/ | Epithema |
| | & th aspirato/ sequente e/ dici pōt superimpositū: & penultimā in recto pro | |
| Vgutio | ducit. Neq; a thymo flore descendit/ ut cum Catholico Vgutio somniualet. | |
| Virgilius | Euander/ & euandrus/ in recto/ declinari potest. Virgilius li. aeneidos. viii. | Euander |
| Iustinus | Tū rex euandrus Rōanæ cōditor arcis. Rex fuit Arcadiæ/ teste Iustino li. xliii. | Euandrus |
| Papinius | Eumenes/ proprium fuit uiri nomen/ Philippi/ & Alexandri amici: qui & Eu | Eumenes |
| | meneus dicitur. Eumenis/ furia est infernalis. Papinius libro thæbaidos. vii. | Eumeneus |
| | Eumenis in furias/ animumq; redire priorem. | Eumenis |
| Virgilius | Europa huius Europæ/ & Europe huius Europes/ declinari potest. Filia fuit | Europa |
| | Agenoris: quam Iuppiter rapuit: & ab ea/ tertiam partem mundi/ Europam | Europe |
| | nominauit. Et producit mediam syllabā. Virgilius libro aeneidos septimo. | Euripus |
| Hesiodus | Europæ atq; Asiæ fati/ concurreret orbis. Alia fuit eodem nomine Oceani/ | |
| Pōponius | & Tethyos filia/ teste Hesiodo in theogonia. Euripus cum i latino/ & unico | |
| Lucanus | p/ pars quædam est maris/ inter phocidem/ & Eubœā insulā sita/ teste Pōpo | |
| | nio Mela libro historiæ. iiii. & producit mediā syllabā. Lucanus libro. v. | |
| | Euripusq; trahit cursum mutantibus undis. | |
| | Eustochium/ proprium mulieris nomen/ & Eustochia/ declinari pōt: & cum t | Eustochiū |
| | exili/ & ch aspirato/ & i latino scribitur. | Eustochia |
| Messala | Euthias/ & Euthia (ut etiam apud Messalam teste Quintiliano compertum ē) | Euthias |
| Quintilianus | declinari in recto potest: & cum th aspirato/ & i latino scribitur. proprium | Euthia |
| Virgilius | fuit uiri nomen. | Extā |
| Hieronymus | Extā pluralis tantū numeri/ & extales/ in uno significato accipi possunt. Virgi. | Extales |
| | Pinguiaq; in uerbus torrebimus exta columnis. Hieronymus in primo libro | |
| | regum capitulo quinto. Et computrescebant prominētes extales eorum. | |
| Varro | Epigramma huius epigrammatis/ & hoc epigrammatum/ declinari pōt: & cū | Epigrammā |
| | i latino/ & duplicato m scribitur. Varro de lingua latina. Idem ostendit Pa/ | Epigrammā/ |
| Marcellus | pini epigrammatum: quod in adolescentem fecerat. dici pōt. superscriptio. | tum |
| Pomponius | Expergisco/ deponens est uerbum. Veteres tamē etiam expergisco actiua uo | Expgerisco |
| Diomedes | ce protulere/ teste Marcello/ Pomponium inducente dicentem in Agamē/ | Expgerisco |
| Pompeius | none. Ut si quis dormitaret/ expergisceret. Et facit in supino experrectum. At | Expgergo |
| Priscianus | uero expergo expergis/ format supinum expergitū/ auctoribus Diomede/ | Expgerfacio |
| Lucretius | Pompeio/ Prisciano. Lucretius libro. iiii. | Expgerior |
| Lucretius | Consequitur læto: nec quisq; expergitus extat. Ponitur autem expergo pro | |
| Lucretius | expergerfacio/ teste Marcello. Experrectus (ut tradit Festus) is dicitur/ qui p | |
| Lucretius | se euigilare cœpit: expergitur uero/ ab alio excitatus: qui (ut ait) & expergefā/ | |
| Lucretius | ctus dicitur. Et Diomedes inquit. Expergitus/ excitatus somno sponte uigilat | |
| Lucretius | experrectus/ a qete impeditus: expergefactus/ per alium somno excitatus. Ex | |
| Lucretius | perior commune uerbum/ Prisciano teste/ facit in supino expertum. | |
| | Emo tertiæ coniugationis/ facit in præterito emi: in supino emptū. Emio quar | Emo |
| | tæ/ format præteritum emiui/ supinum emitū/ mi syllaba producta: quorum | Emio |
| | nota est significatio. | |
| Ambrosius | Efferro efferas primæ coniugationis/ & efferor deponens usurpatur. Ambrosius | Efferro |
| Statius | super Aegesippum. Efferauerat Herodes uniuersos: hoc est efferos ef/ | Efferor |
| Hieronymus | fecerat. Statius in achilleide. & raptum superis Mars efferat aurum. | |
| | Hieronymus in Daniele capitulo octauo. Cumq; appropinquasset pro | |
| | pe arietem/ efferatus est in eum; id est, defecit. Efferro efferis/ facit | |

| | | |
|------------|--|---|
| | in præterito extuli: quod a uerbo tollo mutuatur: in supino elatum. Est autem efferre extollere. Tullius libro officiorum secundo. Ita eos uiros suscipiunt: maximisq; efferunt laudibus. efferre/edere prouehere. Virgilius georgicorum. ii. Extulit hic Decios: Marios. Efferre/erigere leuare. Virg. libro æneidos. y. Ostendit dextram insurgens Entellus: & alte | |
| Tullius | | |
| Virgilius | | |
| Virgilius | Extulit. Efferre/ostendere. Virgilius libro æneidos octauo. Et belli signum Laurenti Turnus ab arce | |
| Virgilius | Extulit. Efferre/proferre. Virgilius libro æneidos quinto. | |
| Virgilius | Tum satus Anchisa castus pater extulit æquos. Idem libro æneidos secundo. | |
| Lucilius | Mente efferre pedem genitor? Efferre subdere. Lucilius libro. xxvii. Depugnabunt pro te ipsi: & morientur: ac se ultro efferent. Efferre/enuntiare. Quale est si dixeris. Cybele cum unico l& cum gemiato l Cybelle efferri potest. | |
| Nonius | Exeo exis/ & extro extras in uno significato accipi possunt teste Nonio/ Aphra | Exeo |
| Aphranus | nium inducente dicentem in actione. simul limen intrabo: illi extrabunt ilico. Nam sicut intrare/ingredi/ita extrare/egredi significat. | Extro |
| Seruius | Egredior/accusatio/ & ablatiuo iungitur teste Seruio super librum secundum æneidos. Salustius. Raro egressa fines suos. Horatius. | Egredior |
| Salustius | Egressum magna me cepit Aricia Roma. | |
| Horatius | | |
| Nonius | Expedio expedis/facit in futuro indicatiui modi expediam/ & expedibo/ teste Nonio/ dicente etiam Plauto in truculento. Ego expedibo rem. | Expedio |
| Plautus | Epulum in singulari numero neutri generis est: i plurali uero fœminini. Vete res tamen/ et hæc epula singulari numero protulerunt/ teste Festo. Interest tamen inter epulum/ & epulas. Nam epula (ut tradit Laurætius) cybi sunt ministerio hominum/ in nostrum comparati uisum: epulum autem/ solenniores quædam epulae: & proprie publicum conuiuium. Iuuenalis satyra tertia. Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis. Epulo & epulonum in recto/ teste Festo/ antiqui declinauere. | Epulum Epula Epulo Epulonum |
| Festus | | |
| Laurentius | | |
| Iuuenalis | | |
| Festus | | |
| Marcellus | Efurio esuris/facit in futuro indicatiui modi esuriam/ & esuribo/ teste Marcello. | Efurio |
| Pomponius | Vnde Pomponius ait in augure. Imo mane non esuribus diuitius. Sunt tamen qui cum x hac scriptura exurio scriptitant: & ab ex & haurio compositum uerbum dicunt. Esuries/ & esurgo/ in uno significato accipi possunt teste Marcello/ Varronem inducente dicentem. Esurigo fundebat costas. | Exurio Esuries Esurigo |
| Marcellus | | |
| Varro | Effigies/ & effigia i recto/ declinari potest/ teste Nonio. Iuuenalis satyra. xv. Effigies sacri nitet aurea cercopytheci. Aphranus. Cuius te fuscitat imago/ cuius effigia? | Effigies Effigia |
| Nonius | | |
| Iuuenalis | | |
| Aphranus | Expleo explēs secunda/ & expleno explenis tertia coniugatione/ in una significatione ueteres usurparunt/ ut scribit Pompeius. | Expleo Expleno |
| Pompeius | | |
| Nonius | Execro execras/ & execror deponens/ dici potest/ teste Nonio. Aphranus. Execrabant se/ & suos. Virgilius libro æneidos secundo. Et terram altricem sæui execramur Vlyssi. Priscianus autem/ execror inter communia uerba connumerat. Vnde & Catonem inducit libro originum quarto ita dicentem. Duos exules lege publica execrari. Vbi execrari passiuè positum est. Ensis masculini generis est: & format per diminutionem ensiculus/ ensicula/ testibus Probo/ & Prisciano. Genus est gladii. | Execro Execror |
| Aphranus | | |
| Virgilius | | |
| Priscianus | | |
| Cato | | |
| Probus | | |
| Priscianus | Expers/ extra partem/ expes/ extra spem/ uel sine spe dicitur. Erebus absq; aspiratione initii scribitur: etsi Gasparinus cum aspirato 'principio' annotari præcipiat. Neq; ab hæreo hæres descendit/ ut idem Gasparinus/ Vgutio/ Catholicò tradidit. Et mediã corripit syllabã/ dicente Virg. illi ergo. Venim9: & magnos erebi tranauimus amnes. Ast alibi idem Virgilius scribit erebum/ quandam apud inferos obscuritatem esse/ quom ait. imas erebi descendit ad umbras. Noctẽ etiã ab erebo nata esse/ dixit Varro: Exors/ extra sortẽ/ exos/ extra ossa/ uel sine ossibus dicitur. Lucretius libro. iiii. Exos/ & exanguis tumidos perfluctuat artus. Epilogus cum i latio/ & epilogũ i uno significato accipi possunt. Dici potest poratio. Exlex huius exlegis/ is dicitur/ q sine lege/ uel extra legẽ degit/ q etiã illex huius | Ensis Ensiculus Ensicula Expes Expes Erebus Exors Exos Epilogus Epilogum Exlex Illex |
| Virgilius | | |
| Virgilius | | |
| Varro | | |
| Lucretius | | |

- Plautus illegis cū duplicato l/dici potest. Plautus in Perfa. Impure/inhoneste/inire/
Germanicus illex. Elix huius elicis cum unico l/sulcus uocatur aquarius: per quem scilicet Elix
Iginus aqua e liris educitur. Helix cum aspirato initio & unico l/genus est Hederæ. Helix
Ouidius Helice huius helices/ursa maior dicitur. Germanicus in Arato. Hic louis al/ Helice
Tortellius trices Helice/cynofuraq; fulgent. Fuit etiam eiusdem nominis urbs Achiuoge
reste Iginio/dicente Ouidio libro metamorphoseos. xv.
Si quæras Helicen & Burin/Achaidas urbes. Tortellius autem absq; aspira/
to initio scribi debere elicem præcipit.
- Plautus Ebrius & ebriacus/in uno significato accipi possunt. Vnde Plautus ait in au Ebrius
laria. Homo hebriacus somno sanari solet. Ebriacus
Liuius Epistola cum i latino scribitur. Titus aut Liuius quom apostolos suos fregit in Epistola
senatu pro epistolis/apostolos dici posse ostendit. Apostolus
Psalmogra Erodius absq; aspirato initio & erodio/in recto/declinari pōt. Psalmogra/ Erodius
phus. Erodi domus dux est eorū. Hieronymus in leuitico capitulo. xi. Hæc Erodio
Hierōymus sunt/quæ de aubus comedere non debetis & uitanda sunt uobis: aquilā: gry
phem: haliaetum: miluum: uulturem/iuxta genus suum: & omne coruini ge/
neris in similitudinem suam: struthionem: noctuam: larum: & accipitrem/iu
xta genus suum: bubonem: mergum: ibim: cygnū: onocrotalū: porphyriōnē:
erodionem: charadriōn/iuxta genus suū: epopem quoq; & uespertilionem.
Genus est auis: in quam cōuersam esse Pallada quom Vlyssi faueret explora
tori/tradit Homerus libro iliados decimo.
- Homerus Exemplare & per apocopen exemplar/ & exemplarium/ & exemplū/in uno Exemplare
Pompeius (ut probabimus) significato accipi possūt. At uero Pōpeius exemplū (inquit) Exemplar
est quod sequamur/ aut uitemus: exemplar aut ex quo simile faciamus. Istud Exēplarium
(ut ait) animo aestimatur: illud oculis conspicitur. Verum traditio hæc apud Exemplum
Quintilianus auctores non semper obseruata est. Vnde Quintilianus libro decimo ait. Sic
litterarum ductus/ ut scribendi fiat usus/ pueri sequuntur: sic musci uocē do/
centium: pictores opera pictorum: rustici probatam experimento culturam/
in exemplum intuentur. Hoc enim loco/ exemplū est/ ex quo simile facimus.
Salustius Idem Salustius litteras quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat/ exemplū/
(inquit) earū/ infra scriptū est: hoc est/ earū forma infra scripta est. Vnde Oui/
dus de opere suo metamorphoseon loquens libro tristium primo/ ait.
Ouidius Pluribus exemplis facta fuisse reor: id est exemplaribus/ uel formis. Nam ex/
Paulus emplum forma est. Paulus iuris consultus/ si legatum (inquit) petatur non iu/
bet prætor uerba testamenti edere: ideo fortasse/ quia hæredes solent habere
exemplum testamenti: id est formam. Hinc Cicero ad Apium/ ait. Ex iis litte/
Cicero ris/ quarum ad me exemplū misisti: id est exemplar. Exemplare etiam/ & ex
Lucretius emplar/ animo aestimatur. Lucretius libro secundo. parua potest res
Horatius Exemplare dare: & uestigia noticiæ. Horatius.
Horatius Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. Idem in arte poetica.
Respicere exemplar uitæ/ morumq; iubebo
Horatius Doctum imitatore. Idem epistolarum libro primo.
Rursus quid uirtus/ & quid sapientia possit/
Lucanus Vitale proposuit nobis exemplar. Lucanus libro nono.
Cicero Quære quid est uirtus: & quære exemplar honesti. Cicero lib. ii. de oratore.
Quintilianus Illa oratio fuit mihi exēplar bene dicendi. Quintilianus libro decimo Cor/
nellius autem Seuerus/ etsi uersificator/ q̄ poeta/ melior/ si tamen (ut est dictū)
ad exemplar primi libri/ bellum Siculum perscripsisset/ uendicaret sibi secū/
dum locum. Cicero pro Muræna. Domesticū te habere dixisti exemplum ad
imitandum. Est illud quidem exemplum tibi propositum domi. Sed tamen
naturæ similitudine/ illud ad te magis/ qui ab illo ortus es/ q̄ ad unumquēq;
nostrum pertinere potuit. Ad imitandum uero/ tam mihi propositum exē/
plar illud/ q̄ tibi. hæc ille. Comperitur etiam (ut diximus) & hoc exemplariū.
Plinius Plinius libro sexto. Iuba hæc omisit in hoc tractatu/ nisi exemplarium
uitiosum est. Exemplū itē/ id dicitur/ quod adhibetur/ rei aut probandæ/ aut

| | | |
|------------|--|--------------|
| | ornandæ causa: unde pars probationis uocatur ab exemplis: & in elocutione exemplum inter ornamenta numeratur: pro quo exemplar nequaquam dixeris. | |
| | Episynalœpha cum in latino in secunda & y græco in tertia & œ diphthongo in penultima syllaba scribitur. Neque a lymphæ quod cum y græco scribitur descendit: ut cum Catholico Vgutio somniauit. Sed ex ἐπι & συναλοιφή quæ est coniunctio/componitur. Est enim figura qua duarum syllabarum fit in unam conglutinatio: quod in diphthongo & synhæresi sæpissime fieri contingit: ut est apud Ouidium libro metamorphoseos duodecimo. | Episynalœpha |
| Ouidius | Laertiadæque fuit tantæ fiducia laudis. Nam Laertiades patronymicum est ab eo qui est Laertes: trium uidelicet syllabarum: ut est apud eundem li. heroidum. | |
| Ouidius | Laertiæque fatus per quos comitata redirem. | |
| Georgius | Elleborus absque aspiratione in initio: ut uult Georgius Merula: & cum duplicato | Elleborus |
| Apuleius | l & elleborum/ declinari potest: quod tamen Apuleius & Tortellius cum aspiratione hac uidelicet scriptura helleborum a notari præcipiunt. Herba est purgatoria. | Elleborum |
| Tortellius | Enormis & enormus: tertia & secunda declinatione declinari potest. | Enormis |
| | Elumbis & elumbus: tertia & secunda declinatione declinari potest. | Enormus |
| Pompeius | Vnde Pompeius ait. Elumbum/ auulso lumbo. | Elumbis |
| Hieronymus | Exprobros exprobras datiuo iungitur & accusatiuo. Hieronymus in parabolois. xvii. ca. Qui despicit pauperem/ exprobrat factori eius. Idem in li. primo regum cap. xvii. Quis est n. phylistæus hic incircūcisus qui exprobrauit acies dei uiuētis? | Elumbus |
| Heronymus | Echo cum ch aspirato scribitur: nec ab ἠχώ quod apud Græcos cum ei diphthongo & κ scribitur: & a nostris effigies transfertur/deriuatur/ ut cum Catholico Vgutio somniauit. Soni dicitur/ uel uocis repercussio. Persius. Reparabilis assonat echo. Ouidius libro metamorphoseos tertio. | Exprobros |
| Persius | Planxerunt dryades: plangentibus assonat echo. | Echo |
| Ouidius | Exodium absque œ diphthongo scribitur. Genus est catus/ teste Iulio Polluce: quæ (ut quidam uolunt) cedentes de theatro catere consueuerat. Et tunc habet secundam syllabam productam. Nam ab ἔξοδος est catus/ declinat. Exodium item/ erogationem apud nos designare habet/ quom ab ἐξοδος/ quod ergo significat/ uel expedo/ deducit: de quo intellexit Iuuenalis satyra tertia dicens. tãdẽq; redit ad pulpita notum Exodium. Nam quædam erat consuetudo/ ac manifesta contributio/ seu erogatio: quæ quidem ex ludis dabatur/ dicente Suetonio in Tyberio. Vnde uox Attellanico exodio/ proximis ludis/ assensu maximo excepta precebruit/ hircum capreis naturam ligurire. Neque hac in parte errauit apte Tortellius/ Iuuenalis exodium/ erogationem interpretatus: sed illius carptor falsus est Georgius. Non intelligis bene uir quod si apud Iuuenalem/ exodium cantum (ut asseris) significaret/ secundam syllabam produci oporteret non corripit: Rursus exodium apud nos finem/ uel exitum significat: ut erudite Festus/ & Marcellus interpretati sunt/ quos etsi carpat/ errat tamen ipse Georgius: dum nil aliud/ præterquam cantum/ exodium significare existimat. Nam cum ab ἐξοδος/ quæ est uia/ exodium (ut præfati uolunt auctores) componitur/ recte finem/ uel exitum designare habet/ quom scilicet secunda syllaba corripitur. Vnde Varro/ eodem referente Marcello/ ait. Ut cognoscere possem/ quæ seruitutis/ & libertatis/ ab origine ad exodium ductæ. Et alibi. Quod coeperas/ modo in uia narra: ut ad exodium ducas. Vis ne tu qui alias doctus haberes/ exodium/ hoc in loco cantum interpretari? minime: sed finem. | Exodium |
| Pollux | | |
| Iuuenalis | | |
| Suetonius | | |
| Festus | | |
| Marcellus | | |
| Varro | | |
| Marcellus | | |
| Nonius | Ergastulum (ut scribit Nonius) locus est carceris in occulto. Iuuenalis. | Ergastulum |
| Iuuenalis | Nempe in Lucanos: ut Tusca ergastula mittas. Ponitur nonnunquam ergastulum pro officina/ uel taberna: ut est apud eundem Iuuenalem. poscitque maritum: Pastores: pueros omnes/ ergastula tota. Ergastulus/ is dicitur/ qui in eo loco scilicet ergastulo operatur/ dicente Plinio. Sed nos miramur ergastulorum non eadem emolumenta esse. Ergastulus item/ pœnalis loci custos uocatur/ teste Marcello/ Lucillium iducete dicente li. quinto decimo. Non ergastulus unus/ & alius/ indicem apposuit: ut nemo sententiam libere quam ergastulus dicere possit. | Ergastulus |
| Plinius | | |
| Marcellus | | |
| Lucillius | Ecloga absque œ diphthongo/ & cum c scribitur: & ab ἐκλεγω/ quod est eligo/ quod componitur ab ἐξ & λέγω/ descendit. Græci enim solent/ quando eque compo- | Ecloga |

- nitur cum dictione incipiente a consonante /mutare ξ in κ /ut eclipsis/ecloga.
Verum quia inter c & g reciproca est mutatio /facile c in g conuerso /in erro-
re induciti sunt Guarinus & Tortellius: qui cum α diphthongo /sequente g /
hac scilicet scriptura α gloga scribi uoluerunt /maxime quia Græci omnes di-
ctiones ubi e est ante g per α diphthongū annotare consueuerunt /ut α gō
Aegæon /Aegyptus /præter ϵ γω pronomē & ϵ γείρω /idest erigo. Interpreta-
tur autem ecloga exceptū /ut li. quarto epistolarū Plinius nepos /& libro quar-
to ecclesiasticæ historiæ Eusebius attestatur. Neq; sermonem d' capris signifi-
cat /ut cū Catholico sōniauit Vgutio. Tūc. n. potius α gloga diceret /q̄ α gloga.
- Guarinus**
Tortellius
- Plinius**
Eusebius
Vgutio
- Virgilius** f Abaris /Fabar /in recto /declinari pōt: sicut Araris /& Arar. Fluius Fabaris
est /q̄ p Sidoniā trāsit: cuius meminit Virg. li. α neidos. vii. dicens. Fabar'
Qui Tyberim /Fabarimq; bibunt. hic alio noie Farfarus uocatur. Farfarus
teste Seruio super librum Virgili præfatum: quo eum nomine.
- Seruius**
Ouidius Ouidius libro metamorphoseos quar todecimo. nominauit quom dixit.
Narue tulit præcepit: & opacæ Farfarus undæ.
- Marcellus** Facio /passiuū facior apud antiquos habuit /testibus Marcello /& Prisciano. Facio
Priscianus Vnde Cicero ad Panfam ait. Nos quotidianis rumoribus calefacimur. Varro Facior
Cicero in Cynico. Si deorum cura /non facitur satis reipublicæ pro satisfacitur. Ni- Factus
Varro gidius cōmentario. xxx. Id quod huiusmodi est /facitur. Ouidius libro meta Factum
Nigidius morphoseos tertio.
Ouidius Vadit ubi festus facienda ad sacra Cithæron. A factum supino /fit hic factus
huius factus: qui (ut Vgutionis uerbis utar) actus faciendi /uel passio fiendi di-
citur: & hoc factum /quod scilicet fit. Composita cum facio /quæ a litteram re-
tinent /ut satisfacio /liquefactio /calefacio /tepefacio /madefacio /& cætera hu-
iusmodi /tam in secunda /& tertia persona /q̄ in prima /accentū super fa sylla-
bā detinent /teste Prisciano: etsi alias syllabæ q̄ntitas correpta sit. Aufonius.
Priscianus Diuerfa in foelix & lambit /& olfacit Ennius. Macer de uiribus hæbarum.
Aufonius Afsatum /& feruens /si sæpius olfacit aeger. Lucretius libro sexto.
Macer Assatum /& feruens /si sæpius olfacit aeger. Lucretius libro sexto.
Lucretius curamq; repente
Conferuefacit /& paruis quia facta minute
Corporibus uis est. Ouidius in fastis.
Ouidius Quantum si culmos titan incalfacit hudos. Martialis.
Martialis Calfaciunt uilli pallia uestra mei.
- Varro** Ficus cum i latino scribitur: nam a sæcunditate dicta est /auctoribus Varrone /
Quitilianus & Quitiliano: ne scilicet Græcis omnia concedere uideamur /apud quos /cū
f in initio /& y græco σῦκογ scribitur: quod etiam antiqui nostri protulerunt /
teste Parthenio /Næuium referente dicentem. Hodie sycos mihi recensuit. Ficulnea
Parthenius Inde uenit sycomorus /arbor scilicet morus /similem moro fico fructum fe- Ficulnus
Næuius rens /teste Strabone. Georgius in sermone apostolog. Implet pastorem ar- Ficitas
Strabo mentarium /sycomoros uellicantem: & prophetam facit. Sycomorus item Ficitor
Gregorius ficus fatua interpretari potest: Nam σῦκογ (ut diximus) ficus /μωροσ fatuus
interpretatur. Ficus quartæ declinationis /quom foeminini generis est /fructū
Priscianus designat /teste Prisciano: quom uero /masculini /morbi genus. Et affert aucto-
Martialis ritatem Martialis /in hæc uerba dicentis.
Quom dixi ficus /rides quasi barbara uerba:
Et dici ficos Cæciliane tubes.
Dicemus ficus /quas scimus in arbore nasci:
Dicemus ficus Cæciliane tuos: ita ut in quolibet horum uersiculorum quar-
tæ sit declinationis /preterq̄ in secundo. Et per hoc ostendit Martialis /secun-
Tortellius dum Prisciani sententiam /morbum /& fructum /quartæ esse declinationis /ge-
Laurentius nere autem differre. At uero Tortellius /& Laurentius /ficum morbum /se-
cundæ esse declinationis tradunt. Sed & pro fructu /ficus tā secūdæ declina-
tionis est /masculini quidem generis /q̄ quartæ /foeminini tunc generis: quin
etiam pro arbore /tam quartæ /q̄ secūdæ declinationis /ficus comperitur /